

Biogr. er. D

4236

~~Hist. Reformat. 406.~~


~~406~~



ANNO 1483 IST DOCTOR MARTINUS LUTHER
IN DEM HAUSE GEBORN UND ZU S. PETER
GEDAUFFT.



HOSTIS. ERAM. PAPAE. DOCTORUM. PESTIS. ET HUIUS:
VOX. MEA. CUM SCRIPTIS. NIC. NISS. CHRISTUS. ERAT
E. P. O. R. C. I. I. I. X. C. I. V. M. E. N. S. E. M. A. I. O. R. E. N. O. V. A. T. A. B. X. T.



Handwritten text in a historical script, likely Latin or German, written in a cursive hand. The text is arranged in several lines and is partially obscured by a large, faint circular watermark or seal in the center of the page. The ink is dark and the paper shows signs of age and wear.



1651. mirabiliter servata

IN FESTIVITATEM ANNI JUBILAEI AUGUSTANAЕ CONFESSIOIS
Nata Deo fidei qVando Confessio nostra AVGVSTA exhibita est: IVNIVS aXe Inllt.



LUTHERUS NON COMBUSTUS

Sive

Historica Enarratio

DE

D. M. LUTHERO

Ejusque

IMAGINE

Singulari Providentia Dei T.O.M. duplici
vice ab igne miraculose conservata, in laudem
Summi Numinis, Repurgatæ Religionis
& Genuinæ Ecclesiæ utilitatem

Atque

SECUNDI JUBILÆI EVANGELICI

Memoriam

Cum Prefatione

DN. D. MARTINI CHLADENI
P. P. Alumn. Reg. Electoral. Ephori Ordinisque
sui h. t. DECANI

Ex

HISTORICIS PROBATÆ FIDEI MONUMENTIS
delineavit

et Figuris Æneis illustravit

M. JUSTUS SCHOEPFFER

Past. Isleb. ad D. Annæ, & Consist. Assessor.

WITTEMBERGÆ

Apud Godofredum Zimmermannum. 1717.

J. LUTHERUS NON COMESTIT

Historia Primus

D. M. A. L. P. L. I. B. R. O.

IMAGINE

Singulari Providentia D. M. A. L. P. L. I. B. R. O. vice ab hinc nunculo...


SECUNDI JUBILAEI EVANGELICI

D. D. MARTINI CHURCHEN

P. P. ALBANI R. P. ESTER...

PROFESSORIS...

M. J. C. H. O. F. F. E. R.



CANDIDO AC BENEVOLO
LECTORI

*Gratiam DEI & superatis Seculi hujus
molestiis aeternam gloriam ex animo
precatur*

MARTINUS CHLADENIUS
SS. THEOLOGIAE DOCTOR EJUSDEM PROFES-
SOR PUBLICUS ALUMN. REG. ELECTORAL.
EPHORUS, ET ORD. THEOL.
h. t. DECANUS.

Diffiteri non possum, ubi praesenti
libello quaedam praefari debui,
me diutius fere, quam soleo, cogi-
tavisse, quid praecipue in tanta serie me-
ditandorum de beneficiis Dei, praesenti fe-
stivitate seculari recolendis, seligi huc de-
beret. Tacite sic unum alterumve prae-
reliquis volventi, & de ignibus, quos prae-
sens scriptum eruditum sistere deprehen-
di, cogitanti venit in mentem recordari il-
lius effati Salvatoris admodum praegnan-
tis, quo Verbum Evangelii a se praedica-
tum tanquam *incendiarium* κατὰ καιρικόν
describit Luc. XII. 49. ejusque incendium,
quod dicit ab eo excitari, tanquam paulo
diutius dilatatum, gestit vel eo ipso momen-
to, quo haec loquebatur, oculis suis intue-
ri.

)

ri.

PRÆFATIO

ri. Dubii enim sunt interpretes, quomodo illum *ignem* exponant, unde nunc de *igne donorum Spiritus S.*, quibus corda inflammari debebant, nunc de *praedicationo Evangelio*, quod ipsum flammae caedenti & secanti comparatur, nunc de *igne amoris*, qui in cordibus fidelium excitandus erat, nunc de *igne purgationis* per ejus sanguinem et baptismum, nunc de *igne flagrantis desiderii* erga vitam aeternam interpretari eos videas. Optime omnium faciunt, meo quidem iudicio, qui Lutherum sagacissimum Exegetam sequuntur, & de *igne contentionum*, rixarum & tumultuum intelligunt, qui ex praedicatione Evangelii orituri erant, ubi hostes illius ferro & igne deleturi sint fideles, & sinceros confessores, nec quieturi, donec magnam eorum partem consumserint. Ita enim revera gesta est res, ubi Evangelium temere est contemptum, ut rogius multorum confessorum fuerit suggestus, in quo veritatem coelestem sub ultimum spiritum proponerent, et inter medias flammamas sanguine suo obsignarent. Horrendae sane strages, et quas fera posteritas ad ruborem aeternum usque eorum, qui talia quidem suadent, aut defendunt merito

rito excretur. Nec sine horrore leguntur, quae Philippus a Limborch & Joachimus Urfinus de Hispanica Inquisitione, ex instituto justisque libris, idoneis rerum argumentis instructi atque adjuti, enarraverunt, adeo, ut conscientiae dictamen multos adegerit, ut illam viam propagandae religionis prorsus detestarentur, ipsi quoque, qui ex prudentioribus coetui Romanensi adhaeserunt.

Ita Evangelium Christi velut incendiarium est, tametsi veram in se pacem continet, ubicunque enim pure, candideque proponitur, fieri vix potest, quin ignes turbarum & persecutionum fati multarum exurgant. Satanias nimirum, juratus humani generis hostis, ubi videt scenae suae tantum per verbi praedicationem subtrahi, non potest, quin varios tumultus concitet, tantumque saepe incendii moveat, ut satis multi, nisi Deus avertat, ex piis confessoribus periclitentur. Unde Lutherus non male in *Comm. ad Galatas C. IV. T. VI. Altenb. p. 808.* ubi de hoc nostro argumento agit, eum cum Behemoth Hiobi XL. comparat, qui cum externam vim sentiat, ipsum profundum maris concutere & commovere possit. I-

)(o)(2

dem

PRÆFATIO

dem enim audet diabolus, ubi Sapientiae divinae resistere aliter nequit, et omnia summa imis, sursum deorsumque miscet, ut saltem in veros et publicos confessores saevitia eo exquisitior exerceatur. Unde notae sunt voces fatis crudeles, quando olim clamatum et conclamatum est publicis etiam conciliis: *Ad ignem, ad ignem!* quotiescunque veritatem Evangelii in Ecclesia aliquis vel Doctorum vel Laicorum voluit proponere. Intendunt igitur hostes, quod Evangelium non intendit, atque incendia, quae ex ejus praedicatione genuina oriuntur, non recidunt in Christum verosque Doctores, sed illos, qui mera incendia flammisque Evangelicis adhuc minitantur, et jam quondam diro fatis spectaculo intulerunt, de quo tot martyrologia indices esse possunt omni exceptione majores. Interea nihilominus, de spectata suorum confessorum fide certus, Salvator noster mavult, optatque, ut quam citissime talia incendia concitentur! *Et quam vellem, ut jam arderet;* Ita enim vertenda judicamus ejus verba: *καὶ τί θέλω, εἰ ἤδη αἰνήθη;* De quo genere loquendi praeter alios Dan. Heinsius in Exerc. N. T. ad h. l. Novit enim sapientissimus

mus

mus exercitus sui ductor, non abjecturum, cum esse animos inter medias flammās, sed ex certitudine veritatis et gratiosissimae praesentiae, quae pios ubique comitatur, perseveraturum in constanti constanti confessione. Non igitur refugit, ipsorum martyria, cum, quo certiora haec sunt, eo certiora et majora videat esse illis praemia parata. Horum etiam intuitu solo confessores omnium temporum, figillatim D. Lutherum, veritatem defendisse Evangelicam, nullum est dubium. Martyrem quidem cruentum noluit eum esse divina sapientia, tametsi spinam martyrii coronam cum Christo non defugeret. Fecit tamen, quod martyrem decebat, et, si martyrem non egit sanguinem profundendo, egit tamen spiritu, virtute, promptitudine moriendi, et constantia confitendi. Risit interdum ignes hostium, quibus cum non liceret corpus perdere, libros affixerunt. *Mea ter arserunt, Lovanii, Coloniae, Moguntiae cum magno contemptu, atque adeo cum periculo comburentium.* Ita scribit ad Johannem Staupitium *Epistolarum T. I. n. 207. p. 299. Halberstadii Scripta mea exusserunt, itidem Minores Cottbussenses, Epistola ad Spalatinum*

PRÆFATIO

n. 203. Videbatur inter medios illos ignes, quibus conflagraverant exemplaria de eius Scriptis, eo magis incendi ad laudes Deo dicendas, & veritatem propugnandam, ut cum primum non acquiescere in facto Studiosorum, quo theses Tezelianas combusserant istiusque rei causam longius a se removeret, tandem re melius perspecta idem juris sibi licere professus quod hostibus suis in scripta sua, eidem supplicio libros papales subjecit: *Exussi libros Papæ & bullam, primum trepidus & orans, sed nunc lætior quam ullo alio totius vitæ meæ factò, pestilentiora enim sunt, quam credebam: Ita ad Staupitium Epistola 207. Nec multo aliter ad Spalatinum: Salutem. Anno 1520. X. Decembris hora IX. Exusti sunt Wittebergæ ad orientalem portam juxta S. Crucem omnes libri Papæ, decretum, decretales Sext: Clementini Extravagantes & Bulla novissima Leonis X. Item summa Angelica, Chrysoprassus Eccii & alia ejusdem autoris Emseri & quaedam alia, quæ adjecta per alios sunt: Ut videant incendiarii Papistæ, non esse magnarum virium libros exurere, quos confutare non possunt. Haec erunt nova. In Epistola eodem die et anno, quo ista gesta sunt, ad eum scripta n. 202. ejusdem Tom. I. ab Aurifabro*

fabro editi p. 294. Ita Theologia et falsa et vera incendium excitavit, falsa lites sevit, discordiam peperit, bella et innumera alia mala produxit, vera ardentissimum desiderium divini honoris promovendi et a corruptelis vindicandi accendit: ex accidenti homines impios convictos de veritate, sed pertinaciter in sententia falsa perstantes ac perseverantes confudit & perturbavit, atque in ruborem conjecit. Unde plerumque tot furiae et incendia orta, in quibus tamen illibatum servatum esse Lutherum nostrum praesens concinna brevitate elaboratum Scriptum nos edocet. Singularibus quibusdam exemplis ex patria Lutheri historia repetitis, *Admodum Reverendus Dominus Autor* illud velut stellulis quibusdam distinxit, & quae alias fusius hinc inde enarrantur, qualem in tabula Lectori repraesentavit, unde & copia rerum & varietate oculum legentis divertit. Fruere his igitur, Lector benevole, Deumque mecum venerare, ut animos omnium Evangelicorum Sancto fidei amorisque erga verbum suum igne atque ardore impleat, ac teporem in multis, frigus ad res fidei auferat, & corda doctrinae salutaris desiderio


rio

PRÆFATIO D. M. CHLADENII.

rio ardentia, invictam constantiam, in
cruce & tentatione perseverantiam, ac
 tandem aeternam & paratam victoribus
 gloriam largiatur! Perscriptum Witte-
 bergae sub finem mensis Octobris Anno
 M DCCXVII. qui Ecclesiae Ev-
 angelicae alter est
 secularis.



PRÆ.



PRÆFATIO AUTORIS.

CUm maxime insignis & perutilis hic histori-
arum sit fructus, ut, si quid di-
vinæ providentiæ in illustri rerum mo-
mento sese exeruerit, nutum hunc DEI, sum-
mi rerum Moderatoris, quam diligentissime
observemus, & perpendamus, non conte-
mnenda illorum industria videtur esse, qui
sincero rectoque judicio divi Martini Lu-
theri, summi illius veritatis cœlestis, & vin-
dicis, & propugnatoris, facta & fata repe-
tunt altius, & diligentius excutiunt, penitus-
que introspiciunt, ac posteritati quoddam
quasi lumen, ad Summi Numinis cognitio-
nem, & ad veritatis investigationem & con-
firmationem, præferre nituntur. Ac Luthe-
rum quidem, si Aristarchi illius Pragensis,
Patris *Joannis Crausii*, (a) aliorumque, sinistra
de D. Luthero & Patria Lutheri judicia,
censurasque periniquas & impias, au-
dire placeret, Lutherum, veluti labem o-
mnium temporum morumque, ac pestem
veritatis, densissimis tenebris involvere, &
omnem veritatis professionem, æternamque
immortalis Lutheri memoriam oblivione æ-
terna obruere deberemus. At enim vero,

) (o) (

Incipit

(a) Im Historischen Beytrag zum zween-
ten Lutherschen Jubel-Jahr / cum licentia Supe-
riorum gedruckt / Prag 1717.

PRÆFATIO AUTORIS.

*Incipit Hæreticus fieri, qui (facta) Lutheri
(dicta)*

Carpit, & infernum, ni resipiscat, adit.

Quamobrem, cum veritatis hostes multum opinionibus vulgaribus, quæ nebulosæ & præcipitiis errorum refertæ, multum invidiæ, aut externis coloribus atque integumentis speciosis, multum inanibus pompis, aut communis præjudicii umbris, tribuant, injurias, piis Lutheri manibus illatas, ineptias & maculas, religioni Lutheranae, ejusque Jubilæo Secundo, ascriptas, merito averfamur, & vitio Seculi turpissimo ascribimus, quin etiam reprehendimus, vehementerq; iniquitatis & imprudentiæ incusamus eos, qui, contra Invictissimi Imperatoris *Caroli Sexti* (quem felicissimum Governatorem, & orbis Romani Principem fane incomparabilem, DEUS quam diutissime nobis fervet, eique porro innumerabiles victoriæ palmas, contra Turcas, perennes coetus divini Patriæque hostes porrigat) gravissima Edicta, tantam *Protestantibus* maculam inurunt, & in orbe literario tantum non pro ludibrio habent. Vindicabit, procul dubio, gloriam nominis sui, coetumque suum fartum tectum conservabit, Servator optimus, excitando pium Davidem atque eruditum, qui auferat opprobrium ab Israele.

(b)

Mea-

(b) Videantur illi, qui hoc negotium laudabiliter susceperunt, ut M. Schmeizels

PRÆFATIO AUTORIS.

Mearum in præsens partium est, historici sustinere vices, atque Summi Numinis singularem curam & providentiam peculiarem, vel sic demonstrare. Quicumque enim mecum altius considerat egregiam & vere divinam D. Lutheri, ejusque famæ & sanioris doctrinæ, per integra duo secula, conservationem, quicumque veritatis triumphum, in tam exiguo & infirmo *Protestantium* cœtu, apud animum perpendit, ille omnes providentiæ divinæ actus facile animadvertet. Non autem hac ratione Lutherum in numerum referimus Sanctorum, non imagines ipsius adoramus, aut idololatriæ vitium committimus, neque, cum Caroloftadio, aliisque Iconoclastis, imagines ex locis divinis exterminamus, sed in illarum tantum mira & divina, in ipso igni, conservatione, solertem cœlestis providentiæ oculum contemplamur. Ut enim, cum furni Babylonici flamma Triumviros Judæos non violaret, aut consumeret, tutela Dei et peculiaris cura merito prædicabatur; ita nos etiam Evangelici, non Lutherum, sed guber-

)((2

nati-

Historischer Beweis / daß der Pragische Jesuit / P. Jo. Kraus, in seinem Historischen Beytrag in vielen Stücken geirret.

it. *Anonymi* Arcana Jesuitica, & Autorem des curieuseu Geschichts: Calenders D. M. Lutheri, in der kurzen Abfertigung des Pragerischen Jesuitens / Hans Krausens. etc.

PRÆFATIO AUTORIS.

nationem Dei, gloriam divinam, infinitamque potentiam, laudibus extollimus, veritatemque & fidem sanam ac salutiferam, ad majores nostros translata, ad hæc usque tempora, tranquilla felicitate, propagatam, futurisque etiam seculis, immensa Dei benignitate curaque admiranda, tutam inviolatamque fore, speramus. Vos vero, Lectores benevoli & Lutheri amantes, adeste, quæso, mihi, de Reverendo in Christo Patre Luthero scribenti, veritatis & æquitatis studio, adeste animis faventibus & benignis, adeste ingenuo caritatis judicio, ut, qua fieri possit, brevitate, non quidem ea, quæ ad divini & Summi Viri memoriam omni laude semper dignissimam, faciunt, percensere omnia (quod & conari & suscipere temerarium esset) sed ex earum rerum innumerablem copia pauca quædam feligere & comprehendere possim, de quibus, in hoc amplissimo, &, volente Deo, auspiciatissimo Evangelicorum Jubilæo, vobis exponam. Dab. Islebiæ, Anno, quo ducentis retro annis Vittembergæ indulgentiæ per D. Heroem sunt destructæ, totidemque post annis, Jubilæum Secundum Evangelicum pio fuit ritu celebratum, die Octobris extremo.

IN

IN EFFIGIEM
D. M. LUTHERI.

*Doctorem quicquid genuinum conficit, unus
Quem tabula hacce vides, ecce Lutherus
habet.*

*Queritur in vultu gravitas, morumque mo-
destum*

*Compositumque decus? Cuncta Lutherus
habet.*

Doctrina candor, facundia queritur oris.

*Dexteritas animi? Cuncta Lutherus ha-
bet:*

Queritur intrepida fidei constantia? robur

*Hostibus invictum? Cuncta Lutherus
habet!*

*Quantus erat, tibi se hic sistit! sed corpore:
mente*

Quantus erat totum se stitit ipse, libris.

*Dedit hoc D. Lutheri memoria
festinabundus*

MARTINUS CHLADENIUS, D. PP.

Ipsa Festo Seculari A. M D CCXVII,

AD EFFIGIEM
D. M. LUTHERI.

*M*artinus Luther decus admirabile linguae
Hac quondam facie conspiciendus erat.
Hæc sunt ora viri, stupuit quem docta loquen-
tem

Islebiùm civem maluit esse suum.
Illius ad voces proceres Sanctusque Senatus
Contremuit; motus Cæsar & ipse fuit.
Eloquio Romam domuit gentesque feroces,
Tybridis & rapidas sæpe reflexit aquas.
Verum si dubitas, & te sub imagine falli
Censes; docti loqui perlege Scripta Viri.
Illum non melius Cons depinget Apelles,
Quam servata tibi tot monumenta da-
bunt.

Certior haud ulla est propriis pictura libellis
Quisque sui pictor proximus esse potest.

* *
Michael Chytræus Northufan. in Capitibus
præcipuis doctrinæ Christianæ sive Ca-
techesi elegiacis reddita carminibus in
fine ad effigiem Lutheri ita canit.

Ex Scriptis faciem, lector, cognosce Lutheri,
Tertius Elias nempe Lutherus erat.

Vete.

* * *

Veteres ad effigiem D. Lutheri hosce posue-
runt versus:

*Nosse cupis faciem Lutheri, hanc cerne ta-
bellam,
Si mentem, libros consule certus eris.*

Item:

*Ingenio magnus, maior pietate Lutherus
Propheta, hos vultus vivus & ora tulit.
Sed dotes animi, quibus ille inclaruit orbi,
Nullus Appellea pinxerit arte labor.*

Ad effigiem B. Lutheri in Templo S. Annae
Islebii in suggestu legitur scriptum:

*Natus es Islebii Divine propheta Luthere:
Religio fulget: te Duce Papa iacet.*

Ad effigiem D. Lutheri habitu Monachali a
M. Joh. Quod vult Deus Bürgeri e-
ditam & a Luca Cranachio depictam
legitur:

*Æterna ipse suæ mentis simulachra Lutherus
Exprimit: at vultus cera Luce occiduos.*

171

Handwritten text, likely a title or header, appearing as a faint mirror image.

Handwritten text, likely a title or header, appearing as a faint mirror image.

Handwritten text, likely a title or header, appearing as a faint mirror image.

Handwritten text, likely a title or header, appearing as a faint mirror image.

Handwritten text, likely a title or header, appearing as a faint mirror image.

Handwritten text, likely a title or header, appearing as a faint mirror image.

Handwritten text, likely a title or header, appearing as a faint mirror image.

Handwritten text, likely a title or header, appearing as a faint mirror image.

Handwritten text, likely a title or header, appearing as a faint mirror image.

Handwritten text, likely a title or header, appearing as a faint mirror image.

Handwritten text, likely a title or header, appearing as a faint mirror image.

Handwritten text, likely a title or header, appearing as a faint mirror image.

Handwritten text, likely a title or header, appearing as a faint mirror image.

Handwritten text, likely a title or header, appearing as a faint mirror image.

Handwritten text, likely a title or header, appearing as a faint mirror image.

Handwritten text, likely a title or header, appearing as a faint mirror image.

Handwritten text, likely a title or header, appearing as a faint mirror image.



CAPUT I.

De

Divina B. Lutheri conservatione
per duo Secula in genere.

Post divinitus susceptam ante duo se-
cula ministerio immortalis in Christo
Patris D. *Martini Lutheri* Ecclesiæ re-
formationem cœtus protestantium
laudabili lætandi dulcedine tenetur & de Ju-
bilæo secundo Evangelico pie & tranquille
in honorem DEI T. O. M. merito exultat.
Nonnulli ex rebus non magnis tam subitam
lætitiarum exultantiam sensere, ut gaudio
animam impenderint, vitamque solverint.
Sospitem e prælio filium mater Romana,
Olympionicen filium Grajus Pater, ut intelle-
xit, gaudiis impares animas posuerunt: Non-
nullis etiam viris alioqui sapientibus tam val-
de sua dicta placuisse narrant historiæ, ut per
hilaritatem & risum, quem *συνεγξιον* seu
concussorem Græci vocant, vitam effunde-
rent. Ex magna igitur, imo summa & optima,
re plausus & júbila suscipiunt purioris do-
ctrinæ cultores & omnes Reipublicæ Chri-
stianæ

A

stianæ

stianæ & Evangelicæ Cives genuini: Solennes enim gratias Deo jure optimo persolvunt omnes pii, & júbila canunt, quod per *Lutherum*, ceu salutare gratiæ suæ organum, Evangelicam, e tenebris Papatus, plusquam Cimmeriis, veritatem in lucem protrahere, & DEO sit laus, honor & gloria, per duo integra secula clementissime conservare fuerit dignatus.

§. II. Equidem Epicedium *Luthero* & Lutheranis diu exstruxit Romanæ Ecclesiæ & Societatis Jesu Theologus, *Adamus Contzen*, in Jubilo Jubilorum Jubilæi Evangelici Mogunt. Anno 1618. excuso p. 507. f. ubi canit:

Lutherum in partes sectum elumbemque videtis,

*Ridiculo infamem scommate vel pueris,
Quærite Lutherum, nusquam est, disparuit,
uno*

*Nomine vix reliquus, decidit in nihilum.
Jamque adeo cygno vestro, neque penna, neque
unguis*

*Amplius, aut etiam crena relicta manet.
Lutherus moritur, moritur Patriarcha Lutherus,
Mors tua, Calvinii dogma, Luthe, fuit.*

Pari plane ratione Pontificiorum turba religionis Evangelicæ sive Lutheranæ diem emortualem diu constituit. *Job. Taisnierus* in *physic.* anno 1575. sepeliri debere Lutheranismum inepte judicavit, alii apud *Cornelium a Lapide*
ad

ad Apoc. IX. v. 1. annos 150. vix superaturam sanam Lutheri doctrinam, putarunt, Simon Schreiner Prior Langheim. in Apologia D. Andr. Keslero opposita P. II C. 18. §. 2. p. 266. alta voce exclamavit: Es sey mit dem Lutherischen Glauben Matthæi am letzten. vid. D. Job. Frieder. Mayeri Lutherus immortalis in dedicat.

§. III. At enim vero per DEI ineffabilem gratiam & providam curam specialem facta & tecta est Ecclesia Lutheranorum, per DEI gratiam vivit, Lutherus, per DEI gratiam regnat, vincit, triumphat Veritas, & Jubilæum Secundum in honorem Altissimi rerum Gubernatoris, Servatoris Jesu Christi, bono omine expectat & celebrat.

§. IV. Ut igitur constet in omnes amicos & inimicos, *B. Lutherum* vivere, & omni tempore usque ad mundi interitum illæsum permanfurum, placuit auxilio divino, cujus præsidium imploro supplex, de *Luthero* singulari providentia divina minime combusto, & de effigie *D. Martini Lutheri* in incendiis miraculose conservata nonnulla commentari. Antequam autem rem ipsam aggrediamur, Vitam *D. M. Lutheri* in sempiternam rei memoriam, & Pontificiorum omniumque adversariorum dolorem ex Matthesio, illustri Seckendorffio, Mullero, & aliis delineatam & breviter repetitam dabimus, ea quidem ratione & methodo, ut *Megalandri Lutheri* in mundum & Ecclesiam ingressum, ejusdem ab anno natali

tali usque ad annum emortualem progres-
sum, & beatum denique ex hac miseriarum
valle egressum adumbremus, atque ubivis
Lutherum tum in vita, tum in morte, tum
post mortem in sepulcro, ac ultimo in effi-
gie a divina providentia ab ignis flamma fu-
isse liberatum, demonstramus.

CAP. II.

De

Luthero in infantia & vitæ ingressu
in specie ab igne tuto.

Et si ingenuus quisque & recti amans ubi-
que Patriam habet, nec hominis dignitas
aut patria, aut genere censenda est, sed men-
te, quæ Deum ipsummet præcipue refert,
tamen illis, quibus & patria insignis & be-
nigna nascendi conditio contigit, gratula-
mur merito, & tanquam cœli pignora eos
suscipimus, ac demisse veneramur. *Martinus*
Lutherus, Germaniæ Vates & religionis ve-
ræ restaurator ac propugnator, Patre *Hans*
Luter, operario metallico in Mansfeldicis fo-
dinis, & Matre, *Margar. Lindemannia*, die de-
cimo Novembris Anno Salutis restauratæ
MCCCC LXXXIII nocte post horam undecimam
Islebiæ, quæ comitatus Mansfeldensis ἀνερό-
πολις

πολις, natus; ac die undecimo Novembris ibidem in ædibus D. Petri & Pauli per sacrificulum baptizatus, nomineque Martini, quod ipse ille dies Martino Turonensi faceresset, in baptismo insignitus fuit. Eodem igitur anno *Lutherus* est natus, quo Hieronymus Savanorola ob fidei confessionem est combustus, & quidem Islebiæ non in pago More, sive Mæra inter Isenacum & Saltzungen sito, quem parentes locum paulo ante nativitatem *Lutheri* reliquerant, quique deinceps incendio periit. Dei profecto dignus is fuit; ingrati fumus, qui hunc non agnoscimus, memoriamque rerum tam illustrium non accuratius conservamus & propagamus. *vid.* Joh. Mathesii, Convictoris *Lutheri*, Historien von des Ehrwürdigen in Gott seel. theuren Mannes Gottes D. Martin. *Lutheri* Leben p. 1.

§. II. Simul ac primos infantiaæ annos implevit B. noster *Lutherus*, domicilio in oppidum Mansfeld translato, dexterrimæ sese informationi tradidit Parenti, qui in fodinis Mansfeldensibus celeberrimis operarii metallici vices sustinuit, duas fodinas acquisivit, & Magistratus ibi gessit. Dein prævia educatione domestica mature Scholam Mansfeldensem; A. autem M CCCC XCVII. Magdeburgensem, in qua cum aliis eleemosynas ostiatim collegit; An. XCIIIX. Isenacensem frequentavit, & præcipue Jo. Frebonii

bonii manuductione est usus , illosque ibi fecit studiorum progressus , ut sodales ingenio & eruditione multum superare crederetur , fatente id ipso Jesuita Maimburgio in historia Lutheranismi §. h. Ignis igitur paupertatis non nocuit , sed purum. & probatum reddidit *Lutherum*.

§. III. Anno MDI ad Almam sese contulit Erfurtensem. In hac literis humanioribus & Philosophiæ sedulam navavit operam , ac Bibliothecas gnaviter perlustrans , antiquum Bibliorum Codicem latinum reperit , cumque in lectione Capitis I. & II. Libri prioris Samuelis incidisset , devotis a Deo precibus codicis hujusmodi usum petiit , Doctoribusque *Johanne Gryphio* & *Jodoco* , vulgo Doctore Henacensi dicto , omnes eo intendit nervos , ut juventutis ætas omni studiorum cultu formaretur ad publicam & homine Christiano dignam fortunam , præceptorumque & Patronorum exemplo admonitus , cresceret indies & spem Parentum impleret , morumque & vitæ documenta publice ederet , cujus publicum testimonium Universitas Erfurtensis edidit , & Anno 1505. in Philosophiæ Magistrum magna cum laude promovit *Lutherum* nostrum.

CAP. III.

De

Luthero singulari providentia divina ab igne cœlesti sive fulgure & fulmine liberato.

Leges utilitatem in vita humana præstare longe maximam omnes facile prudentiæ cultores intelligunt, idem enim leges hac in vita, civilique societate efficiunt, quod in corpore humano mens præbet ædificio fundamentum, dux iter facienti commodat, lucerna in tenebris oberranti largitur. Quas cogitationes altius cum consideraret *Lutherus*, ad legum cultum & Juris studium animum adjecit, ut ad Reipublicæ aliquando gubernacula admotus usui, emolumentoque Patriæ, ornamento familiis, gaudio & oblectamento parentibus, sanguineq; junctis aliis esse posset. At enim vero Deo aliter visum, studio Juris cum semet mancipasset noster, fulminis ictu horrendo & inopinato, quo Cathedralis Ecclesiæ templum tactum, & anterioris chori tectum combustum, territus, studiis Jurisprudentiæ valedixit, summi enim rerum moderatoris DEI cœleste monitum hoc fulmen esse judicavit, cum non veteribus solum & externis, sed domesticis ac prope spiranti-

A 4

bus

bus adhuc exemplis moneamur, ex signis atque prodigiis, varias hominibus calamitates portendi. Firmum animi propositum auxit Commilitonis *Alexii* misera mors. Studiis igitur Juris valere jussis Augustinianorum Monasterium Erfordiae notum, invitis licet Parentibus, ingressus est, loco nominis baptismalis Martini, ex Monachorum more, Augustini assumpto.

§. II. Degens hac ratione in Monasterio per annum probationis singulari providentia divina Codicem Biblicum rubro tectum corio secunda vice, quamvis in alio loco, reperit, & cum diligentia adjuncta Lyrae glossa perlegit, ut Staupitii auctoritate Anno 1507. Dominica Cantate in sacerdotem ordinatus, sacrificandi pro vivis & mortuis potestatem consequeretur.

§. III. Ab illo tempore Gersonem & imprimis Augustinum in numerum librorum & bibliothecam suam accersivit, illosque libros nocte dieque pervolvere coepit, ut in lethalem etiam, ob labores nimios studiorum causa susceptos, incidere morbum, in quo solatiis Monachi Senioris hisce verbis: Crede remissionem peccatorum, non cito morieris, sed vir magnus evades, erectus, febrem ardentem feliciter superavit. Mein Baccularie seydt getrost / ihr werdet diß Lagers nit sterben / unser Gott wird noch einen grossen Mann aus euch machen / der viel Leute wieder trösten wird.

§. IV.

§. IV. A morbo liberatus insignis D. *Lutheri* eruditio omnibus, imprimis Staupitio, Augustinianorum Ephoro, perplacuit, cujus etiam instinctu Anno 1508. a Friderico, Electore Saxoniae ad illustrandam Wittebergensium Academiam & officium Dialectices Physicesque Doctoris subeundum vocatus est.

§. V. Hac ratione facultate in theologicis docendi beatus ac tanquam Baccalarius ad Sacras literas sive Biblia admissus prima veritatis a se agnitae semina spargere cepit. Vt enim plantae post ortus suos multo felicius surgunt, & ducto ab radice succo, se efferunt magis ac latius diffundunt, si manus & industria horti cultoris vigorem adjuvant augentque: Sic magnae Theologorum mentes suapte sponte se movent & incitant, altiusque nituntur, cum cura formantur & aliorum consilio finguntur rectius & reguntur. Hinc tanto inter ordinis sui viros viguit applausu & auctoritate, ut anno 1510. ad componenda, quae inter Monachos orta erant, dissidia Romam ablegaretur. Gauderat enim motu, & cupiditate flagrabat visendi exteros, & explorandi exquisitissimas Pontificis Romani artes, prudentiamque confirmandi. Quod iter abusus sedis Romanae & vitia purpuratorum virorum ei monstravit, magnaue deinceps in reformationis negotio subsidia eidem suppeditavit.

A 5

§. VI.

§. VI. Ex itinere redux elegantia moris, cultu corporis, celeritate ingenii, solertia agendi se distinxit ab aliis, & nemini sui ordinis ea quidem laude concessit. Cujus rei causa A. 1512. die 18. Octobris auctore Staupitio, sumtusque Friderico, Saxoniae Electore, largiente, sub Decanatu Andr. Bodenstein a Carlstadt ad summos in Theologiae studio evectus est honores, quibus Professionem Theologicam addidit Fridericus Elector. Ita enim habent verba libri statutorum Collegii Theologici Wittebergensis: Anno 1512. Epochae Christianorum, d. 18. Octobr. quae fuit festivitas S. Lucae, Religiosus Pater, Frater Martinus *Luther*, ordinis F. Eremitarum Sancti Augustini, SS. Theologiae Licentiatus, hora prima pomeridiana secundum formam statutorum, a Magistro nostro eximio, Domino Archidiacono Ecclesiae omnium Sanctorum, Andrea Bodenstein ex Carolstadt, vesperiatu est, praesentibus Dominis de universitate, plurimisque aliis venerabilibus hospitibus. Sequenti die ad pulsam majoris Campanae, congregatis, ut prius, Patribus & hospitibus, idem Pater a praefato Magistro nostro Andrea Doctoralibus insigniis in sacra Theologia secundum formam statutorum est insignitus. vid. D. Johann Forsteri Orat. de Doctoratu & Conjugio B. *Lutheri*. Hoc igitur & sequentibus annis veritatem divinam agnoscere & agnitam aliis manifestare est

re est

re est annifus *Lutherus*, atque reformationem coepit anxie imprimis Anno 1516. desiderare, quod ipsum Disputatio Wittebergæ & Concio Dresdæ habita de Justificatione gratuita multis argumentis probant.

§. VII. Cum igitur Joannes Tezelius Dominicanus, Theologiæ Doctor, Pirnæ ad Albim natus, Subcommissarius Apostolicus, ut in Bullis dicitur indulgentiariis, impudentissimus ille indulgentiarum buccinator, jussu Leonis X. Pontificis Romani, & auctoritate Alberti, Archiepiscopi Moguntini & Magdeburgensis, nec non Marchionis Brandenburgensis, venales circumferret indulgentias, illisque impiis nundinationibus in Saxonia superiori, & imprimis in oppido Juterboccensi, misere dilaceraret Ecclesiam, tantis excitatus a Deo abusibus reverendus in Christo sanctæque memoriæ Pater D. Martinus *Lutherus*, præmissis concionibus Elencticis hypothesium Tezelii examen in XCV. thesibus ad valvas templi Cathedralis seu omnium sanctorum in Alma Wittenbergensi affixis, atque ad disputandum An. 1517. d. 31. Octobr. publice propositis suscepit, atque hac ratione salutare reformationis opus præter spem & opinionem, divina dirigente providentia & ductu Spiritus Sancti, feliciter est exorsus Theander. Sicut igitur Israelitæ Anno 1517. ante natum Christum educti fuerunt ex Ægyptiorum servitute: Sic nos Christiani post natum

natum

natum Christum Anno 1517. educti ex Papatu & spirituali servitute.

§. VIII. Equidem *Adamus Contzen*, Loiolita initium hoc Reformationis non agnoscit, ita enim in *Jubilo Jubilorum Jubileo Evangelicorum* p. 18. scribit: Anno septimo decimo supra millesimum quingentesimum iacta est alea, indulgentias vel potius indulgentiarum abusus taxavit *Lutherus*. Turpis earum, vitio quorundam promulgantium, nundinatio, sed abusus, non res tollenda erat, nec ob errata hominum, vita religionis petenda. Quid tamen illo actum anno? Nondum Lutheranus tum erat *Lutherus*, nihil de justificatione, coelibatu, Sacramentis, ubi-quitate, movebatur. Monachali veste animam contegebat, missam celebrabat, & idololatram agebat.

§. IX. At enim vero initium Reformationis etiam invitus ad hunc annum posuit adversarius, & conatus *Lutheri* laudavit justissimos & felicissimos, quibus & faniores Pontificiorum fere ad unum omnes accedunt, & fateantur, Reformationem Ecclesiam tum temporis fuisse necessariam & perutilem. Nihilominus tamen hisce conatibus ex ipforummet Pontificiorum iudicio laudatissimis ubi Curiae Romanae mancipia, & inter ea *Conradum* maxime *Vinpinam*, *Joannem Eccium*, *Sylvestrum Prieritatem*, *Jacobum Hochstratum* & alios in semet concitaret

Luthe.

Lutherus, veritatem agnitam fortiter, summa tamen cum moderatione, ore & calamo defendit, novis eodem anno thesibus Respondente Gunthero Northufano *Pro-biblia*, ut titulus habet, conscriptis & A. 1518. d. 26. Aprilis XL. Conclusionibus ventilationi publicæ subjectis, pro abusibus, qui in articulos de Libero Arbitrio, justificatione & bonis operibus irrepsent, manifestandis.

§. X. Quibus laudabiliter peractis moliminibus *Leonis Papæ X.* adeo incurrit odia, ut eodem anno 1518. d. 23. Augusti Romam citaretur ad dicendam causam & defensionem thesium, ut fingebant adversarii, vel potius ad condemnationem audiendam & supplicium ignis subeundum. Sed consilio Electoris Saxoniae, *Friderici*, eo res fuit adducta, ut Augustam Vindelicum adiret, ibique, coram Legato Pontificis, *Thoma de Vio, Cajetano* reformationis & conatum rationem redderet. Collocutus igitur d. 8. Octobr. Augustæ *Lutherus*, veritate in tribus congressibus, herculeo labore & animo inperterrito, coram viro purpurato defensa, abiit sospes Wittebergam reversus, adeoque ignis periculum Romæ conclusum & constitutum singulari DEI cura & directione feliciter superavit.

CAP. IV.

CAP. IV.

De

Lutheri Scriptis, singulari providentia DEI, ignis (incendio) flammæ ereptis, Jure Canonico & Bulla Pontificis igne consumptis.

Annus agebatur supra millesimum quingentesimum decimus nonus, auspicio cœptæ reformationis felix, cum Altenburgi & Libenwerdæ ageret *Lutherus* cum Carolo de Miltitz, equite Saxonico & Cubiculario Pontificis, & conflictum iniret cum *Eccio* & sociis Lipsiæ, tanta animi fortitudine & veritatis demonstratione, ut nullus in orbe dies jucundior credi & celebrari potuisset. Crescebat felicitas & animus heroicus augebatur, cum animum adjiceret ad d. X Decembr. Anno 1520, Leonis X. Pontificis Romani crudelem Bullam excommunicatoriam & Jus Canonicum in Academia Wittebergensis locis illustribus comburendam, hisce a Megalandro pronuntiatis verbis: *Quia turbasti sanctum Domini, eterno igne comburaris.*

§. II. Quod heroicum factum ipsi Pontificii summum ejus opus vocant. Ita enim Contzen l. c. p. 29 scribit: Annus igitur 1520.
me

me quidem iudice, Jubilæo Evangelico opportunior fuerit. Tum enim desperata venia, Pontificis potestatem manifeste, & absque simulationis involucris, oppugnavit *Lutherus*, & Jus Canonicum, cuius legibus tenebatur reus, excussit, cœcitate miserabili, quasi exustis legibus conscientia quoque pacari & scelera in leges commissa expiari potuerint. Sed bona verba quæso! A Domino hoc factum, quod Deus ille terrestris cum omni suo virorum purpuratorum, Presbyterorum, Academiarum, Theologorum, Monachorum exercitu, sapientiæ & spiritui *Lutheri* resistere non potuerit, quod adhuc mirabile in oculis nostris.

CAP. V.

De

Luthero, edicto Cæsaris Caroli V. Wormatiensi ad ignem condemnato, sed providentia Dei mire conservato.

Obscurari splendor potest veritatis, extinguere non potest, tantumque abest, ut ista rerum omnium pestis, invidia, obliterare divinas *Lutheri* laudes potuerit, ut quoque contra injuriam adversariorum firmæ

mæ semper & stabiles eæ permanerent. Ut ut enim hac Bullæ combustione omnium Pontificiorum in se derivasse videretur odia *Lutherus*, Anno tamen 1521, d. 6. Maji ceu *honorabilis & devotus Doctor* ab Imper. Carolo V, ad Comitiam Wormatiensia, fuit invitatus, idoneoque Cæsaris præsidio stipatus Wormatiam, dissuadentibus licet amicis, est ingressus, ac veritatem Evangelicam virtute incredibili tam publice, quam privatim defendit. Raro quidem docendi felicitas & animi fortitudo cum virtute conjunctæ in Doctore Ecclesiæ reperiuntur. Sed *Lutheri* hæc propria & fato benigniori data felicitas est, ut præsentissimum ignis periculum contemnere sit annisus. Sed a Comitibus hisce salvum dimissum *Lutherum*, secutus est acerbum illud auctoritate Cæsarea edictum Wormatiense, quo *Lutherus* & omnes illius asseclæ pro hostibus Imperii Romani declarantur, facta quibuscunque *Lutherum* capiendi, occidendi & exurendi potestate, & libros illius abolendi.

§. II. Ne autem illud edictum effectum consequeretur, Elector Saxonie *Lutherum* Wormatia Wittembergam proficiscentem visumata capi, inque arcem Wartburg, cui Pathmi nomen inditum, deduci jussit; Ubi bene latuit, & bene vixit, tutusque salvus & incolumis per aliquot temporis spatium mansit.

CAP. VI.

CAP. VI.

De

Luthero ex tentationis igne, ope
& providentia divina egresso.

Quamvis ita tutus lateret & sacratioribus studiis & bibliis in linguam vernaculam vertendis operam daret *D Lutherus*, nihilque ad beate & tranquille vivendum deesset, tentationum tamen diabolicarum igne adustus & probatus est. Unum hoc fortunato & super alios evecto Theologo grave erat malum, cum quo conflictabatur indies, jamque usu intelligebat, summos etiam viros in tentationibus esse miseros, & quo majores sint, eo plures hostes illos oppugnare, & pericula, molestias, morbos spirituales eos laceffere, identidem ac infestare, ut facile inter omnes constet: Meditationem, orationem & tentationem *Lutheri* media fuisse, quibus ad summum in Theologicis studiis culmen ascenderit. Sed male tentationes has Diabolicas Pontificii interpretantur, Pater Carolus a Creutzen enim inde colligit: Diabolum *Lutheri* fuisse præceptorem & Doctorem, vindicavit autem hæc calumnias & solide refutavit Johannes Mullerus in *Luthero defenso* Cap. XIV p. 105 seqq., & in *defensione Lutheri defensi*. Cap. XIV. p. 479 sqq. Tentatus itaque est

B

sæpe

sæpe *Lutherus* exemplo Jobi, Davidis, & Pauli, at nunquam turbatus ex ea re animus, nunquam, ne inter summos dolores, depressus. Repulso & placato ex verbo divino & vulneribus Jesu Christi desumptis remediis hoste, non securus erat, neq; ignorabat, securitatem esse initium omnium, quæ nec opinantes dejiciant, malorum. Idcirco præsidia spiritualia tempestive circumspiciebat & tentationum vim impetumque retardabat & retundebat, illorumque ope semper victoriam consequabatur. Turbis autem Wittembergæ a Carolo studio excitatis, & omnia sursum deorsum versis, Missa abrogata, imaginibus ac statuis everfis, templisque deformatis ultro incio invitoque Electore Pathmum suum reliquit & Wittembergam An. 1522. d. 7. Martii ingressus, motus illos pie & prudenter sedavit; imaginum enim instauratione, iconoclastarum infamiam evitavit, sociosque increpuit, imagines restituit & studia revocavit.

§. III. Ea tempestate speciminis loco, ut demonstraret, quid tentationes effecerint boni, Novum primo Testamentum, mox aliquos Veteris instrumenti libros publici juris in lingua vernacula fecit, donec universus Codex Biblicus An. 1541 & 1542 secunda vice, qua editione communiter in hunc usque diem utimur, ederetur.

§. IV.

§. IV. Anno 1523. in comitiis Cæsareis Noribergensibus *Adrianus* Pontifex per legatum suum *Franciscum Cheregatum* edicti Wormaliensis executionem, magno quidem, sed irrito, urfit conatu. Lutherus interea sub divino tutus ovansque præsidio A. 1524. d. 9. Octobr. Domin. XX. p. Trinit. Cucullo Monastico deposito, habitu, quo hodiernum Theologi in Germania utuntur, prima vice comparuit, & calamum adversus *Erasmum* strinxit.

§. V. An. 1525. Anabaptistarum & *Thomæ Münzeri* refutavit errores, ac Conjugium cum *Catharina a Boorn*, moniali, iniit, nuptiis die 27. Julii Wittebergæ consveta solennitate celebratis, cum antea & scriptis & concionibus hunc vitæ statum commendasset, & ex divinis literis defendisset, multisque viris etiam magni nominis fuisset auctor, ut hunc vitæ statum sibi eligerent. A. 1526. Zwinglianis sese fortiter opposuit *Lutherus*, illosque ex sacris literis indefesso studio refutavit.

§. VI. An. 1527. Ecclesiasticam Electorali jussu visitationem per Saxoniam instituit, eademque occasione de conscribendis minori ac majori catechismo consilia suscepit, illosque libros publice edidit, qui labor multis modis felix *Luthero* fuit & revera ad triumphum veritatis maturus.

§. VII. An. 1529. in Colloquio Marpurgenfi

genſi collocutoris officio eſt functus, ſequenti autem anno 1530. articulos illos XVII. ex quibus Auguſtana confeſſio fuit compoſita, conſignavit, Coburgi interim, dum Auguſtæ Comitia celebrarentur, vitam in tutiori loco degens & deliteſcens, idque ex mandato & prudenti conſilio Electoris Saxonix *Joannis*, cognomine *Constantis*, qua Confeſſione reformationis negotium ad ſummum felicitatis apicem eſt perductum.

§. VIII. An. 1531. monita ad edictum Cæſaris finitis Auguſtæ comitiis publici juris fecit. Atque ſequenti Anno 1532. in præſentiſſimum vitæ & ſalutis discrimen incidit, adverſa enim valetudo & lethalis morbus *D. Lutherum* graviter afflixit. Neque tunc imparatus erat Heros noſter & mali vehementiam frangebatur, arceſſitis undique optimis medendi ſubſidiis, quibus etiam feliciter non nihil levatus, & tandem e periculo in honorem Dei plenarie ereptus eſt. Hinc ſuperato morbo ſcripta Exegetica quam plurima edidit. A. 1533. pro aſſerenda veritate adverſus Georgium, Saxonix Ducem, & ſequenti anno 1534 contra Eraſmum ſecunda vice calamum ſtrinxit. A. 1535. d. 7. Novembr. Wittembergæ cum Vergerio, Pontificis legato, de loco Concilii ad componendas religionis controverſias inſtituendi conſilia contulit. A. 1536. Studio Concordiæ Wittembergeniſi *Lutherum* inter & Lutheranos ab una, ac

Buce-

Bucerum & asseclas ab altera parte adfuit. Nec ab eo tempore destitit Vir divinus, magno animo, virtute & spiritu omnibus fanaticis hominibus, hostibusque veritatis se opponere, Ecclesiæque Jesu Christi fideliter inservire.

§. IX. A. 1537. Jussu Electoris Articulos orthodoxæ doctrinæ Concilio, quod promittebatur, exhibendos, Smalkaldiæ, difficili utut morbo laborans, composuit, qui Articuli Smalkaldici ad hunc usque diem in numero librorum Symbolicorum reperiuntur & magni æstimantur a genuinis veritatis evangelicæ cultoribus. An. 1538. Antinomorum erroribus, imprimis Joann. Agricolæ, Islebiensi, se opposuit, illosque ad sanio rem mentem redegit, edito scripto contra Hostes Legis divinæ. A. 1539. mortuo Duce Saxonix, Georgio, Lipsiæ Dominica Exaudi primam concionem habuit, eademque reformationis salutaris ibidem jecit fundamenta. An. 1440. Chronologiam Biblicam lectori Christiano perutilem confecit. An. 1441. affulgente in colloquio Ratisbonensi, spe unionis Ecclesiasticæ, instinctu Cæsaris & imperii procerum, legatis ad Lutherum Wittembergam missis, ut cum Luthero de rebus Ratisbonæ gestis & concordia feliciter restauranda conferrent, d. 10. Junii Colloquium Lutherus cum Legatis instituit, veritatemque & pacem amandam esse demon-

stravit. Hostes enim Veritatis, velut aucti subsidiis, ab omni parte se commovebant, nunc ex insidiis agebant, cum vi & igne fidei & salutis officinam evertere penitus atque expugnare non possent. In tanto igitur malorum concursu adhuc sibi adfuit *Lutherus* & imminens periculum evitavit. An. 1542. d. 20. Januar. cum Nicolaus ab Amsdorf in Episcopum Naumburgensem, papisticis prorsus abolitis abusibus, esset inaugurandus, ordinationi interfuit, actusque initium solenni oratione Naumburgi est auspiciatus. An. 1543. Schwenckfeldianis se erroribus opposuit. An. 1544. arcis Torgaviensis sacellum hymnis, precibus ac oratione solenni Deo consecravit.

CAP. VII.

De

Luthero ab igne infernali liberato, atque in vita pariter & morte fabulas adversariorum refutante.

§. I.

An. 1545. Cum corpus Theologorum principis *Lutheri* variis affligeretur morbis, qui diminuerent vires ac debilitarent, de morte ipsius sparsi sunt rumores & immanis fabula italico & germanico idiomate publicata;

cata; Sed legens illa mendacia vivus & incolumis Lutherus subscripsit:

*Non morior, sed vivus ero, vivusque manebo,
Et narrabo mei facta stupenda Dei.*

item:

Papa, quid aegroto sua fata precare Lutherus?

Nil melius, vivat, seu moriatur, habes:

Is tua, dum vivit, pestis te affligit & urit:

Mors tua tunc certe, cum morietur, erit.

Dira lues pestis, sed mors est durior ista,

Elige nunc, utrum, perfide Papa, velis.

Ich Martinus Luther D. bekenne und zeuge mit dieser Schrift/ daß ich solches zornig Gedichte von meinem Tode empfangen habe am 21. Martii, und fast gerne und frölich gelesen/ ausgenommen die Gotteslästerung / da solche Lügen der hohen Göttl. Majestät wird zugeschrieben. Sonst thut mirs sanfft auf der rechten Kniescheiben und an der lincken Fersen / daß mir der Teuffel und seine Schuppen / Papst und Papisten/ so hergklich feind sind. Gott bekehre sie vom Teuffel! Istts aber beschlossen / daß mein Gebet für die Sünde zum Tod vergeblich ist / wohl an/ so gebe Gott/ daß sie ihre Maasß voll machen/ und nichts anders / denn solche Büchlein/ zu ihrem Trost und Freuden schreiben. Laß immer hin fahren / sie fahren recht/ Sic voluerunt, ich will dieweil zusehen/ wie sie wollen selig werden/ oder wie sie büßen/ und wiederruffen mögen alle ihre Lügen und Gotteslästerunge/ damit sie die Welt füllen.

§. II. Anno denique 1546. & emortuali ad componendas, quæ inter Comites Mansfeldenses ortæ fuerant, controversias de finibus & hæreditate Islebiam vocatus ab iis profectus est, non obstantibus, quibus defatigabatur Corpus, ægrotudinibus, sed erecto inter Comites & Dominos suos pacis trophæo vitæ palæstram coronavit & die 18. Febr. sive Concordiæ in Domino pie & placide, devota inter suspiria, in Patria obdormivit. Sic ergo mortuus est singulari directione divina in patria sua, quam a multis annis non viderat, maximo cum gemitu omnium piorum. Corpus exanime sumptibus Electoris Saxonie loculo stanneo inclusum Wittebergam honorifice delatum, quinto post die in templo cathedrali prope suggestum, quem ornaverat, d. 22. Februarii solenni ritu & orationibus germanice & latine a Bugenhagio & Melanchthone habitis terræ est mandatum. Anima in coelis triumphat, & Jubilæum æternum in sinu Servatoris sui ovans celebrat. Ita vivit, viget, floret & virescit *Lutherus*.

§. III. Qui plura de *B. Lutbero* desiderat, evolvat Homilias XVI M. *Job. Matthesii* de Vita Lutheri, Conciones XIX *Cyriaci Spangenbergii*. D. *Matthiæ Hoe* Conciones X de Luthero. *Valerii Herbergeri* VII Conciones de gloria Lutheri. D. *Joan. Gottlieb Molleri* Dissertationes de Martyre *Lutbero*, de Luthero Lutherano ante Lutheranismum, Martinalia

lia

lia Lutheri &c. Jo. Mulleri, Pastoris ap. Hamburgenses olim celeberrimi, Lutherum defensum, & qui primo loco nominandus erat, illustris *Seckendorffii* Lutheranismum.

§. IV. Ex tot tantisque historiae argumentis ad oculum patet, D. Lutherum, & in vita, & in morte, & post mortem ab ignis periculo sub divinis auspiciis mansisse tutum. Profecto miraculi instar fuit, scribit D. *Lucas Osiander Epitom. Histor. Eccles. Centur XVI. p. 369*, quod, cum sequenti anno 1547. capto jam Saxone, Cæsar cum Hispanis suis, Luthero infensissimis, urbem Wittebergam, victor esset ingressus, nemo tamen *Lutheri* sepulcrum violare aut contumelia afficere ausus fuerit, aut corpus igni tradendum & exurendum postulaverit.

§. V. Hæc ipsa autem est providentia Summi Numinis, quæ *B. Luthero* Theologo divino per totum vitæ & religionis reformandæ negotium illustribus sese speciminibus conspiciendam dedit. Præ reliquis autem stupendæ hujus providentiæ argumentis devota mirari mente debemus summam potentissimi Dei protectionem, quæ ab igne tam in vitæ usu, quam post vitæ egressum etiam in effigie ipsius tutum *Lutherum* conservavit, nec ulla ratione exuri illum permisit, quæ duo membra, ut fusius paululum demonstremus, propositi nostri ratio requirere videtur.

B 5

§. VI.

§. VI. Ad ignem! ad ignem! communem esse Pontificiorum clamorem & exercitium infinita fere innocentissimorum hominum caterva testatur. Vere pariter atque erudite *Marcus Antonius de Dominis*, Vir inter præcipuos Historiæ Ecclesiasticæ scriptores apud Pontificios numerandus, in limine libri *de Republ. Eccles.* scribit: Eo nostris temporibus redacta res est, ut Ecclesiasticæ controversiæ non Theologis amplius, non conciliis, sed tortoribus, sed carnificibus, sed sicariis, sed sangvinariis, sed parricidis defendendæ Romæ aut Roma committantur. Quam sententiam ipsa praxis hodierna probat. Tot enim reperiuntur Martyres, qui a Romana Ecclesia injuste sunt necati & exusti, quot hic recenseri ob paginæ angustiam vix possunt. Ex multis nonnullos hic adduxisse sufficiat. *Hieronymum* autem *Pragensem* & *Joannem Hussum* merito primum locum occupare jubemus, quorum hic d. 6. Jul. An. 1415. contra datam a Sigismundo, Imperatore, fidem in Concilio Constantiensi, ille autem paulo post ob veritatis puræ confessionem est exustus. Secundum locum implet *Hieronymus Savanorola*, qui anno 1517, non anno 1498, ut habet *Koenigius* in *Bibliotheca*, est concrematus. vid. *Osiandr. Hist. Eccles. Sec. XVI. p. 15.* *Micrellii Histor. Eccles. L. III. Sect. I. Qv. 22. p. m. 587.* Tertiam classem illustret *Bibliopola*, qui ob *Bibliorum Lutberi* venditionem Avenione

in

in Gallia est exustus, cujus e Martyrologio facit mentionem *Nigrinus de contemptu S. S. papistico* p. 42. *sqq* & Pfeiffer in *Delic. Evangel.* Prætermitto reliquos Christi martyres, qui igne & flamma impie sunt occisi, quos vides in Martyrologiis.

§. VII. Redimus ad *Lutherum*, cui ignis supplicium sæpe sæpius a Papæ cultoribus est dictum & cantatum. Namque *Jacobus Hogstraten*, Inquisitor Dominicanus, publicas ea propter ad Papam literas dabat, & instantissime urgebat, ut Papa non alio remedio, quam igne & ferro, adversus *Lutherum* uteretur, mundumque ab homine hoc nequam liberaret. Quod ipse Jesuita Ludovicus Maimburgius in *Histor. Lutheranismi* L. I. §. 28. §. 0. improbat, & parum plausibilem Pontificiorum causam fecisse, affirmat. conf. *Seckendorf. Histor. Lutheran.* L. I. p. m. 59. Nec defuit etiam impiis petitis Leo X. Pontif. M. sed in Bulla Anno 1520 innocentem & immortalem *Lutherum* veræ fidei defensorem & restauratorem, ceu carcinoma Ecclesiæ atque infensissimum boni omnis inimicum & Hæresiarcham nequissimum ex gremio Matris Ecclesiæ extrusit, & igne necandum tradidit, librosque combussit. De quibus supra C. IV. fusius.

CAP. VIII.

CAP. VIII.

De

Luthero ex ignis periculo Wormatiae in Comitibus, singulari & provida Dei cura feliciter erepto.

DEus T. O. M. Lutherum nostrum in summis periculis tam multiplici providentia servavit, perinde si unicum hunc hominem suscepisset curandum. Quod evidentissime probat ignis periculum, quod expectare videbatur *Lutherum* Wormatiam ad Comititia vocatum. Placet ea firmare ipsis adversariorum verbis: Non deerant, inquit *Sarpinus in Histor. Concil. Trident. p. 12* qui professionem (Lutheri versus Wormatiam) dehortarentur, damnatione sua per Pontificem jam publicata, & templorum valvis affixa, praeter cujus confirmationem, nisi si quid gravius accideret, frustra quidquam esset sperandum. Quorum ille opinione rejecta magno animo respondit, esse sibi decretissimum, eo proficisci, licet contra se tot insurrecturi essent Dæmones, quot in tectis aedium illius oppidi cernerentur tegulae. Quae etiam placet audire (siquidem probatio vera & minime contradictioni obvia est, quae ex adversariorum dictis elicitur, ut loquar cum *Irenæo L. IV. advers. Hæret. C. XIV.*) ex *Maimburgio Histor. Lutheran. L. I. Sect. 39* scribente:

bente: Amicis, qui eum ab itinere Wormatiensi dehortabantur, quia ab imperatore, qui libros ejus comburi fecerat, jam condemnatus esset, respondit, quod se omnes homines toto orbe juncti, omnesque Dæmones inferni, ab hoc itinere non essent impedituri, se enim causam Dei tueri. Quæ conformia sunt illis, quæ D. *Lutherus* Tom. II. Jenens. Germ. f. 79. a. in literis ad Electorem Saxoniam hunc in modum exprimit: Wenn ich hätte gewußt / daß so viel Teuffel auf mich zu Worms gehalten hätten / als Ziegel auf den Dächern sind / wäre ich dennoch mitten unter sie gesprungen mit Freuden. Nec reticenda sunt verba *Lutheri*, quæ in itinere amicis & hominibus reliquis, qui ignem Wormatiæ ipsum expectare minabantur, reposuit: Mit Messeln einen brennen gienge noch wohl hin / aber mit Feuer / das wäre zu heiß. Uti illa verba refert *Myconius in histor. reformat. C. V. p. 31. a celeberr. D. Cypriani edita.* item: Wenn sie gleich zu Worms ein Feuer machten / das zwischen Wittenberg und Worms biß an den Himmel reichte / so wolte ich doch in dem Nahmen des HErrn daselbst erscheinen / und dem Behemoth in sein Maul zwischen seine Behen treten / und Christum bekennen / und denselben walten lassen. *ibid.*

§. II. Ita ignis supplicium alto supercilio contemptui habuit invicto animo *Lutherus*, Deique tutelam majorem esse credidit, quam omnis mundi ignem & flammam. Quod ipsum patet

patet ex facto & verbis heroicis Megalandri nostri, cum Wittebergæ jus Pontificium & bullam Leonis publice exureret, hæc enim ad minas adversariorum reposuit: *Si audent, exurant me, hic sum & expectabo eos, cineribus solis post mortem etiam in mille maria projectis persequar & fatigabo hoc abominabile Vulgus. Summa: Vivens Papatus hostis ero, exustus bis hostis ero.*

Pestis eram vivens, moriens ero mors tua, Papa.

CAP. IX.

De

Vaticiniis, quæ Divum Lutherum propter divinam tutelam ab omni igne tutum fore, prædixerunt.

Et si Democriti de sententia, veritas profundo quasi puteo submersa, densissimisque obducta nebulis est, nulla tamen re hæc ipsa magis eruitur, confirmatur & conservatur melius, quam vaticiniorum impletorum monumentis, quæ omnia divinitus esse gesta ob oculos ponunt, & quasi immutabilia menti animoque infigunt. Quod quidem certum esse totum reformationis negotium testatur, præcipue singularis divina providentia, quæ, *Lutherum* minime exustum mansisse, planum facit. Probant igitur *Lutherum* inadustum

1) V. 2.

1) Vaticinia diu ante Lutherum prædicta. Abundant hisce *Wolffii lectiones memor. Flacii nubes, s. Catalogus testium veritatis. Immortalis D. Jo. Gerhardi Confessio Catholica & aliorum scripta.* Ex quibus repetere nonnulla, non ingratum erit. Memorabile enim est, quod de *Sigismundo Imperatore* legimus, ipsum voce quadam sub auroræ primæ exortum, admonitum fuisse: *Ut gnavo cuidam sacerdoti, Frederici Angelo, viam præparet, per quem multa Deus operaturus esset, adversariis frustra contra eum fremituris.* Notissimum quoque est invicti illius Martyris, Joannis Hussi, vaticinum, qui, cum d. 6. Jul. 1415. Constantiæ cremaretur, sæpe sæpius dixit: *Hussum (Anserem in lingua bohémica) crematis, ast post centum annos Cygnus veniet, quem comburere non poteritis.* confer. *Micraelii & Hartnaccii Histor. Ecclesiast. L. III. Sect. 2 Qu. X. p. 645.*

§. II. Confirmant idem 2) divina oracula, quæ omnibus piis, adeoque beato *Luthero*, a Deo sunt promissa & servata, *Esa. XLII, 26 seqq. vel juxta Lutheri versionem XLIII, 2. Nunc vero sic ait Jehova Creator tuus, o Jacob, & formator tuus, o Israel: ne timeto, nam vindicavi te, vocavi te nomine tuo, meus es: Cum transis per aquas, tibi adsum, & per flumina, ne inundent te, quum ambulas per ignem, non ureris & flamma non incendit te: Nam ego Jehova DEUS tuus, Sanctus Israelis, Servator tuus sum.*

§. III.

§. III. Probant denique *Lutherum* mansisse ab ignis supplicio tutum historiæ profanæ & ecclesiasticæ, imo ipsorum adversariorum testimonia, omnes enim fani Pontificiorum scriptores referunt, *Lutherum* non tantum illæsum a Comitibus Wormatiensibus recessisse, sed etiam Anno millesimo quingentesimo quadragesimo sexto pie & placide in Christo hisce in oris sive in Patria mortuum esse, cum jam annorum XXXIX. esset Lutherani nomen, & Confessionis Augustanæ anni XVI. Equidem felicem illam diem, felicem illam mortem esse, putabat *Lutherus*, cum gaudio & summa gratitudine Deo referendam, si quando fiat, ut in ista causa apprehenderetur & combureretur; Ast Deo, rerum moderatori, aliter visum, qui illum ab omni igne salvum voluit & incolumem.

§. IV. Conscientias igitur omnium hominum appello, hunc incombustum martyrem D. *Lutherum*, ut considerent, & fateantur stupendam plane providentiam divinam. Sed deploranda est barbaries Pontificiorum, qui non afficiuntur eo veritatis sensu, ut agnoscant, non nisi divina, eaque manifesta providentia & ope, progressum hunc Evangelicæ doctrinæ promoveri potuisse & *Lutherum* ab igne servari.

CAP. X.

CAP. X.

De

Lutheri Imagine in incendiis
mire servata.

Quibus evictis restat, ut brevi enarratione demonstremus, *B. Lutherum*, qui merito ab omnibus piis ut noster in Christo parens colitur & suscipitur, quoniam illius ministerio veritas est eruta, post fata in imagine sive effigie a Deo T. O. M. in incendiis miraculose ab interitu fuisse conservatum.

§. II. De Bibliorum codice, aliisque piis libris constat inter omnes, illos sæpe sæpius ab ignis flamma fuisse liberatos: Biblia enim Vinariensia in igne sunt conservata A. 1701. d. 27. Septembr. in urbe Monchberg vid. *Tenzel. Supplement. Histor. Goth. p. 897.* Biblia in Ungaria ab ignis flamma integra exiverunt, vid. *Mart. Brauer: Part. I. Müßiger Landstundten p. 1050.* Biblia Germanica Lutheri Luneburgi 1698. impressa, Northusæ in incendio gravissimo, cum Dn. Pastoris Joan. Richard Ottenii ædificium consumeretur, Anno 1710. d. 23. Aug. illæsa manserunt. vid. *M. Joan. Henr. Kindervateri Vortrag von Erbauung eines Waisenhauses in Northausen p. 8. seqq.* Triacantica passionalia in igne mire conservata sunt, vid. *unschuldige Nachrichten von Alten und Neuen / Anno 1715. p. 522.* Prætereo B Arndii, Lutkemanni & D. Geieri libros, qui singulari hoc privilegio a Deo sunt donati. De

C

Arn-

Arndii enim libello aureo, cui titulus *Paradies Gärtelein* notum est, quod, vel decies ex igne salvus exierit, de D. Joachimi Lutkemanni autem libro, quem inscripsit: *Apostolische Aufmunterung zum lebendigen Glauben in Christo Jesu aus denen gewöhnlichen Episteln* / quod in Manuscripto Rostochii in incendio non perierit, quorsum spectat in titulo ignis & appositum lemma: *Noli tangere*. Denique ex numero librorum B. D. Martini Geieri possideo Concionem funebrem Serenissimi Principis & Electoris Saxoniae Johannis Georgii II. piæ memoriæ, qui liber ex incendio Arcis Dresdensis Anno 1701 mire est conservatus.

§. III. Imagines ac statuas heroum & Philosophorum Græcorum ab incendio & interitu Corinthiaco esse vindicatas Roma, Italiæ caput, testatur, hinc Roma dicebatur *Neo-Corinthus*. *vid. Cyriac. Spangenberg. Chronicon der Stadt Corinth. Cap. 41, p. 43.*

§. IV. In Papatu imagines divino cultu passim coluntur, quæ dicuntur in incendiis miraculose conservatæ, quare hodiernum cultus atque venerationis potissimum gratia collocantur in ædibus sacris a Romanensibus: *vid. Joh. Euseb. Nierenberger. L. de miraculis naturæ in Europa L. I. cap. 75. & cap. 77. Evolvantur miracula Mariæ Bononiensis, Claromontanæ, Eremitanæ, Foyensis, Hasselitenensis, Lauretanæ, Luxenburgensis, Werdensteinensis multa cum industria a Pontificio-*

cio-

ciorum turba collecta & conscripta. Nunc ad reliquas Sanctorum imagines pergeremus; Sed tædet imaginum catalogum ulterius per-
texere. Et quis quæso omnem istam angusto hoc calami vasculo excipiet imaginum do-
ctrinam?

§. V. Ad *Lutherum* igitur nostrum rever-
timur, & ipsius potius effigiem in incendiis
singulari Dei providentia conservatam fuisse,
probamus 1. *ex Incendiis Islebiensibus*. Patriam
D. Martini Lutheri sacris & vagis proh dolor!
incendiis devastatam esse, & a Vulcano di-
rutam, nemo, rerum Mansfeldensium gnarus,
ignorat, justo enim judicio divino ob ingen-
tem erga Evangelii salutaris lucem ingrati-
tudinem magna & horrenda incendia fuerunt
Islebii d. 18. August. Anno 1601. d. 9. Aug. 1653.
d. 19. Jul. 1689. d. 25. Novembr. 1699. d. 13.
Maji 1701. d. 30. Jan. 1715.

§. VI. In stupendis autem illis incendi-
is Domus *B. Lutheri* in qua *Islebiæ* natus est
Deo ita dirigente, ut plurimum illæsa man-
sit, Domui huic imago *B. Lutheri*, in tabula,
lignea depicta in superiori parte ostii versus
plateam, sive in porticu, posita fuit, videsis
Tab. I. figur. I. ubi Domum *Lutheri* depictam
damus. In parte superiori hujus Imaginis
hæc verba adscripta leguntur: Anno 1483.
ist Doctor Martinus Luther in dem Hause ge-
bohren und zu S. Peter getaufft. In parte in-
feriori Iconis hi versus adscripti leguntur:

*Hostis eram Papa, Sociorum pestis & hujus,
Vox mea cum scriptis, nil nisi Christus erat.*

A.P. O R. CIO IO XCIV. mense Majo reno-
vata P. X. T. vid. Tab. 2. fig. 2.

§. VII. Hæc ipsa Imago *D. Lutheri* in incendio magno d. 19. Julii Anno 1689 cum maxima pars urbis igne confumeretur, & ipsa *Domus Lutheri* toties hæctenus singulari divina providentia, tanquam *Palladium Islebiense*, conservata, ignis furore periret, miraculose ab ignis flamma intacta mansit, hinc etiam in exstructo iterum *Lutheri* ædificio adhuc hodie monstratur, & ab omnibus peregrinis pariter ac incolis magni æstimatur. vid. *Irmenfula Lutheri*, ubi p. 1. hæc ita recensentur:

Das Haus / darinnen der Seel. Herr Doct. Martin Luther den 10. Novembr. Anno 1483. geboren worden / liegt in der Alten-Stadt Eisleben / auf der so genannten langen Gassen / ist von dem Rathe daselbst im Jahr 1693 wiederum mit zwey Geschosß erbauet worden / und ist solches von aussen / wie das Kupffer-Blat weist / zu sehen. Unten in dem Hause ist eine Stube / worinnen die Schule gehalten wird / in dem untersten Vorhause ist zur lincken Hand / wenn man von der Gassen in das Haus gehet / des Seel. Herrn Doct. Lutheri Bildniß auf Holz gemahlet / welches vormals über der Hauß-Thüre auf der Gassen an die hundert Jahr und drüber angeschlagen gestanden / 2c.

§. VIII. Secunda vice effigies *D. Lutheri* in incendio Arterensi Anno 1634 d. 20 Maji mi-

re

re est servata. In civitate enim hac *Arterem* dicta, in Comitatu Mansfeldensi sita, dicto die in Decani & Pastoris ædibus flamma surrexit, quæ domum Domini Decani in cineres redegit, in janua autem hypocaufti affixam habuit beatus M. *Thomas Baumichius*, Decanus & verbi divini Minister illius loci, eruditionis & pietatis laude clarus, Imaginem *Lutheri*, fide & constantia circumdati, in festivitatem Anni Jubilæi Augustanæ Confessionis Dresdæ Anno 1630. excusam. Hæc ipsa effigies, quæ fig. 3. Tab. 3. reperitur, in mediis favillis facta & tecta mansit, quemadmodum illa in Senatu sanctiori, s. Consistorio, Serenissimi Principis Mansfeldensis, *Caroli Francisci*, Principis & Domini nostri Clementissimi, in perpetuam rei memoriam, thesauri instar, conservatur. Ejus rei historia & tum temporis conscripta versibusque illustrata, atq; in hunc usque diem conservata ita habet.

Dieses Bild hat Herr M. Thomas Baumichen/
Past. und Decan. zu Artern bey dem Herrn Superintendenten eingeantwortet / mit Bericht / wie sein Hauß abgebrandt / wäre dieses an seiner Stuben, Thür angestanden / die Stuben-
Thüre wäre verbrandt und solch Bild etliche Ellen tieff in der Erden gefunden / und in der glüenden Aschen nicht versehret worden / welches nicht vor ein schlecht Wunder = Zeichen zu achten / so ich auch anhero registriren sollen / ex ore Dn. Superintend. Eisleben d. 21. Maj. 1634.

Felix Bauer /
Consistor. Schreiber.
C 3 In

In superiori parte Imaginis adscripta leguntur hæc verba : *Effigies Lutheri in incendio Arterensi Anno 1634. mirabiliter servata.* In margine autem hi versus sunt adscripti a M. Bartholomæo Beck, Pastore ad S. Nicolai & Consist. t. t. Aileff.

*Baumichii flagrante domo in cineresque redactis
 Omnibus effigies salva, Lutbere, tua est,
 Quamlibet in mediis sit consopita favillis,
 Non tamen hic aliquid flamma nociva potest,
 Janua quippe perit rapida dans pabula flammæ,
 Non tamen affixa disperit effigies.
 Scilicet hinc omen depromimus haut fore quicquam,
 Perdere quod possit, quæ docuisse soles.*

F.

M. BARTHOLOMÆUS BECK.

In parte inferiori autem hi germanici versiculi adscripti apparent :

*Da des Urtrischen Decani Hauß
 Abgebrandt ist zu Grunde aus
 Auch mit verbrandt die Stuben, Thür /
 An welcher gewesen das Bildt allhier
 Ist doch blieben ganz unverleht /
 Und zum Gedächtniß hieher gesetzt.*

§. IX. Ex hisce igitur genuinis & veris historiæ monumentis quilibet æquus B Lutheri æstimator, five amicus, five hostis sit, facile colliget, quod caput rei est, divinam clementiam & singularem providentiam Lutherum nostrum etiam in imagine fortiter eripuisse ex tantis flammæ ignisque periculis. Hæc enim

enim

enim prouti *Joannem* Evangelistam ex ferventis dolio olei salvum & integrum jussit egredi, sic fummas ignis angustias & immensa flammæ pericula proinfinita sua sapientia reddidit irrita DEUS, ut ex sæva persecutione pontificiorum perinde uti ex periculis aliis, ereptus *Lutherus*, dum in vivis esset, in ulterius Ecclesiæ commodum servaretur, & postquam placide ex vita excessisset, & coram throno Servatoris nostri optimi & Pontificis unici triumpharet, fama, doctrina & imago *Lutheri*, tanquam tertii Eliæ & Ecclesiæ restauratoris, nunquam interiret. DEO sane T. O. M. & initium & successus providi illius de reformanda & repurganda Ecclesia consilii unice debetur; Ejus solum directione & tutela doctrina *Lutheri* facta tecta per duo secula ad hunc usque diem, DEO sit Laus, honor & gloria! mansit; Ejus tribuendum providæ curæ, quod ipsius etiam Diaboli sævitæ repagula fuerint posita, quo nec hostis veritatis infensissimus vel gloriam, vel scripta, vel imaginem *D. Lutheri* tolleret, summo adversariorum dolore, nec minori gaudio Orthodoxorum.

§. X. Equidem negari non potest, semel imaginem *Lutheri* injuste Romæ esse exustam. Leo enim X, cum crimen læsæ Majestatis Pontificiæ vindicare & Lutherum e tutela & protectione Friderici, Saxoniae Electoris, ereptum, ad vitæ supplicium trahere nequiret, igne ipsi destinato in absen-

tem sæviit, atque viri effigiem, una cum scriptis ejus, in rogo collocatis, populo cleroque spectante, infami flamma exuri jussit. Quomodo res gesta sit *e Lib. V. Catalogi Hæreticorum*, quem ante seculum, & quod excurrit, *Bernhardus Lucemburgicus, Monachus Dominicanus, Colonia* edidit, hic adscribere non pigrabimur. Verba ejus hæc sunt: Non prætereundum est, quod factum est Romæ, Anno *MDLXXI*. duodecima Junii, hora decima secundum nostrum horologium, in campo Agonis coram infinita ferme multitudine, hominumque utriusque sexus, ubi erecta erat machina. Ab una parte fuit depictus *Martinus* in habitu Monachi, ab altera parte fuit scriptum in tabellis: *Martini Lutheri hæresiarchæ doctrina hæretica declarata & reprobata; & passim libri ejus fuerunt affixi: & coram hac machina præhabita fuit oratio & declaratio sententiæ per venerabilem Patrem Cyprianum, Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Doctorem, lectorem legentem in sapientia de domo vicarii Papæ. Ignis quoque cum machina compositus fuit, & accensus per byrros, i. e. familiares inferiores vicarii Papæ: Et sic libri cum Imagine autoris adusti sunt.*

§. XI. At enim vero falsa & ficta hæc fuit imago *Lutheri*, atque exustio iniqua, injusta & impia, quam nihil magis fecit *Lutherus*, quam *Robertus Stephanus, Typographus Regius Parisiensis*, eandem cum *Luthero*

tbero

thero fortunam expertus, quippe qui dicere solitus erat, nunquam se magis riguisse, quam cum Parisiis (in effigie) ustularetur. *vid. Calixt. de Pœna Hereticorum, quos vocant, Civili, Cap. IV. §. 20. p. 78. sq. & Joan. Schützen Appar. Curios. & Practic. p. 1397. sqq.*

§. XII. Contemnant igitur, judicent, convitiis proscindant, damnent, exurant Lutherum Pontificii, manebit tamen D. Lutherus, est, & erit, vere magnus, immortalis & ab omni igne tutus. Quæ concludere placet verbis D. Urbani Regii Anno 1534. e Lunæburgo scriptis: Cum Saxoniam peterem, ait, Coburgi integrum diem solus cum Luthero, Viro Dei, transegeram: quo die nullus mihi in vita fuit jucundior. Talis enim ac tantus est Theologus Lutherus, ut nulla secula habuerint similem. Hoc magis execror stultitiam & arrogantiam adversariorum, qui sibi placent, quasi Luthero queant conferri, cujus umbram non assequuntur, cum omni eruditione, quam jactant. Semper mihi magnus fuit *Lutherus*: at jam mihi maximus est. Vidi enim & audivi, quæ nullo calamo tradi possunt. Idem ad fratres in Germania superiore agentes scribit: Ego forsitan in judicanda vera doctrina non omnino truncus, sic judico: Neminem esse, qui possit odisse *Lutherum*, si eum noverit. Indicant libri Spiritum *Lutheri*: Sed si propius inspexeris hominem, si de rebus ipsis audieris apostolico Spiritu differentem, tum dices:

dices: Vincit præsentia famam. Major est *Lutherus*, quam ut a quovis sciolo posfit aut debeat judicari. *vid. Nic. Selnecceri Epistol. ad Ambrosium Wolfium, Lutheromastiga Lips. 1580. excusa p. 25.* Ita etiam *Erasmus Roterodamus*: Major est *Lutherus*, inquit, quam ut in illum scribam. Major est *Lutherus*, quam ut a me intelligatur. Plane *Lutherus* tantus est, ut plus erudiar & proficiam ex lectione unius pagellæ *Lutheranæ*, quam ex toto *Thomæ*. *vid. Danbauer. Oeĩa Thearchiæ Class. IV. §. 27. p. 39 seqq.* Quibus pollicem premit Iudicium *Ecclesiæ Gallicanæ* apud *Thuanum*: *Lutherus* merito ab omnibus ut noster in Christo parens colitur & suscipitur, quoniam illius ministerio veritas primum eruta est, eiusque doctrina tanti ab omnibus fieri solet, ut unum illum repetita ab Apostolorum seculo memoria fuisse pii existiment, qui scriptis suis & laboribus plurimum *Ecclesiæ* contulerit. Nec dissentit *Wolfgangus Severus* Præceptor *Ferdinandi I.* ita de *Luthero* rectissime judicans.

Japeti de gente prior majorque Luthero

Nemo fuit: Sed nec, credo, futurus erit.

Ejusdem sententiæ fuit *Ferdinandus*, *Germaniæ, Vngariæ & Bohemiæ Rex*, quod ex litteris ad *B. Lutherum* missis (quarum Autographum in sanctiori Bibliotheca Electorali *Saxonica* reperitur, & a summo Theologo *D. Polycarpo Lysero Jesuitæ Gretsero* quondam opponebatur) patet. Litteræ rariores, quæ merentur legi & excudi, ita sonant:

Fer-

Ferdinandus von Gottes Gnaden
Römischer / Ungerischer und
Böhmischer König.

Ehrsamer / gelehrter / andächtiger.

Wiewohl wir vor der Zeit / als wir in uns-
ser Jugend in Teutschland ankommen /
und erstlichen in Fürstliche und denn durch
gnädige Verleihung des Allmächtigen / Kö-
nigliche Regierung begeben / ob deinen dazu-
mahl und folgenden ausgegangenen Schriff-
ten und Lehren kein Gefallen gehabt / sondern
etlicher unserer Prædicanten und Beicht-
Väter Bericht nach / dieselben für kezerisch /
verführisch und heiliger Römischer Kirchen-
Sakungen verboten / wiederwärtig und un-
gemäß geachtet: So haben wir doch verschie-
nen zwey Jahren so viel unsere treffliche ob-
liegende Geschäfte / davon wir je zu Zeiten
uns wenig weil abgebrochen / erleiden mögen /
unterfangen in etlichen deinen Büchern und
fürnehmlich aufgelegten Psalmen / die auf
Königliche und Fürstliche Regiment mehren-
theils gerichtet / zu lesen. Darneben ist auch
mit eingefallen / daß unser Beicht-Väter ei-
ner Parfüßer-Ordens / den wir mit aus Hi-
spanien bracht / unlängst in G. Stt verschie-
den / der uns kurz vor seinem Abschiede zu
ihm

ihm gefordert und bekennet / wie er uns bis-
 hero verführet / und den rechten Weg der
 Seligkeit nie gewiesen habe / mit höchster
 Bitt / ihm um Gottes Willen gnädiglichen
 zu verzeihen / und nun hinfürder mit unsern
 von Gott verliehenen Königreichen / Für-
 stenthümern und Landen das seligmachen-
 de Evangelium, so durch dich fleißig und
 treulich gelehret und an Tag gegeben wür-
 de / unverzüglich anzunehmen / auch unsern
 allerliebsten Herrn und Brudern den Röm-
 ischen Kayser dahin zu leiten und bringen /
 daß dergleichen von seiner Majestät und
 Liebden auch geschehe / wolte er desto frö-
 licher und lieber sterben. Zu dem so seynd wir
 von dem Wohlgebohrnen und Edlen unsern
 Råthen und des Reichs lieben Getreuen
 Hans Deyffling / Bömischen Cantzler / und
 Andreas Ungnadt / beyde Freyherrn / so deis-
 ne Predigten vergangenen Herbst zu Torz-
 gau angehört / darneben auch mündlich Ge-
 spräch und Unterrede mit dir gehabt / ver-
 ständiget / wie du dazumahl einen Christli-
 chen Sermon und insonders der Wercke hal-
 ben gute Unterscheid gemacht / auch ihnen
 sonst von wegen deiner Lehr / worauf die ge-
 gründet sey / vernünfftig Bescheid gegeben
 habest; Aus dem und anderen Christlichen
 Bewe-

Bewe-

Bewegnüssen / bevorab / weil wir den Pabst
und seine Gelehrten / die du ihrer Ordnung/
Lehr und Lebens halber / als wir zum Theil
aus deinen Schrifften erkundiget / in viel-
fältige Wege ernstlich und beschwerlich an-
getastet / wieder dich so Kleinmüthig / und wie
wir wohl melden mögen / ungefasst und
ungegründet spüren / sich unser Königlich
Gemüth / welches vorhin gegen dir ungnä-
dig gestanden / gemildert / und / Gott sey
in Ewigkeit Danck / dahin gewendet hat / daß
wir nunmehr / deine Lehre / so fern du bey
Göttlicher und Biblischer Geschrifft bestän-
diglich verbleibest / und darzu nicht aufrüh-
risch oder wieder Christum mengest / wohl
leiden und dulden mögen / denn wir / leider !
ihro befinden / daß der Pabst und die Seini-
gen bisher das ihrige gesucht / und uns
Spreu vor Korn ausgetheilet und verkauf-
fet haben / drum wir bedacht seyn / in we-
nig Tagen / dieser und trefflicher Sachen
halber / zu hochgedachter Käyserlichen Ma-
jestät / unserm allerliebsten Herrn und Bru-
der / eine ansehnliche Potschafften / die dem
Evangelio geneigt ist / in Hispanien abzus-
fertigen / und die Dinge / berührter unser
Beicht = Vaters seligen Bericht / Bitte und
auch unsern aus deinen Büchern erkundig-
ten

ten und gefaßten Verstand nach / mit seiner
 Majestät und Liebde. fleißig handeln und
 Ermahnung thun lassen / ob wir seine Liebe/
 welches uns gar nicht zweiffelt / dahin auch
 bewegen möchten / und im Fall / wo es seiner
 Majestät und Liebde. unerheblich / als denn
 nichts destoweniger / ungeachtet des Pabst
 vorhabendes Concilium, als Römischer Kö-
 nig / einen gemeinen Reichs=Tag an geleges-
 ne Wahlstatt auszuschreiben / und uns mit
 den Ständen des heiligen Römischen Reichs/
 Stätt / dein und anderer Schriftgelehrten
 Rath Göttlichen und billigen Ermessen nach/
 des Glaubens / geistlicher Religion halber
 einmüthiglich und endlichen vereinigen und
 vergleichen. Solches wolten wir dir in der
 Wahrheit desto stattlicher zu mercken und
 zu vollführen gnädiger Meinung nicht ber-
 gen. Geben in unserer Tirolischen Graff-
 schafft in unserer Stadt Inspruck den ersten
 Monats=Tag Febr. A. (1537.) im Sieben
 und dreißigsten unserer Reiche / des Römischen
 im Siebenden und der andern im zwölfften
 Jahre.

Ferdinandus.

INDEX

INDEX RERUM PRAECIPUARUM.

A.

*Annus XVII. est annus
memorabilis 11. seq.*

B.

*Biblia varia in igne con-
servata 33*

*Bibliopola ob Bibliorum
Lutheri venditionem
exuritur 26. seq.*

C.

*Cantica Passionalia 3 in
igne conservantur 33*

*a Contzen (Adamus) Re-
formationis initium
a Luthero factum non
agnoscit 12*

*a Creutzen (Caroli) Ju-
dicium de tentatione
Lutheri 17*

D.

*de Dominis (Marci An-
tonii) sententia de
Controversiis Theolo-
gicis tractandis apud
Pontificios 26*

*Domus Lutheri Mans-
feldiae ignis incendio
non consumitur 36*

E.

*Edictum Wormatiense
effectum non consequi-
tur 16*

*-- Ejus Executionem A-
drianus urget 19*

*Effigies Lutheri incendio
non consumitur 16*

*Epistola Ferdinandi I.
ad Lutherum 43 sq.*

*Erasmi (Roter.) judici-
um de Luthero 42*

G.

*Gaudium subitum mor-
tem arcessit 1*

H.

*Hieronymus (Pragensis),
& Hussus (Jo) ob veri-
tatem pure doctrinae
exuruntur 26*

*Hussi (Jo.) Vaticinium de
Luthero. 31*

I.

Inoendia Mansfeld. 35

*Iubilaum cur Protestant.
coetus celebret 1*

*Judicia de Luthero 42
Judicio*

INDEX.

L	P.
<p><i>Lutberus</i></p> <p><i>ejus Parentes, locus, annus, dies, hora natiuitatis & Praeceptores</i> 5 sq.</p> <p>- <i>Promotio in Magist.</i> 6</p> <p>- <i>Mutatio studiorum</i> 7</p> <p>- <i>Vita Monastica</i> 8</p> <p>- <i>Functiones</i> 9</p> <p>- <i>Promotio in Doct.</i> 10</p> <p>- <i>Reformatio</i> 11</p> <p>- <i>Actiones c. Militio, Eccio & Bulla exc.</i> ib.</p> <p>- <i>Tentatio</i> 16</p> <p>- <i>Adversarii, refutati.</i> 19</p> <p>- <i>Subscriptio fabulae de morte sua</i> 23</p> <p>- <i>iter Wormatiense, ibid. acta & facta.</i> 28 sq.</p> <p>- <i>Effigies in ignibus conservatur</i> 36. sq.</p> <p>- <i>Mors, sepultura & sepulchrum</i> 24. sq.</p>	<p><i>Passionalia Cantica 3. in igne conservantur</i> 33</p> <p><i>Pontificii controversias theologicas, igne componunt</i> 26</p> <p><i>Regii (Urbani) iudicium. de Luthero</i> 41 sq.</p>
	S.
	<p><i>Severi iudicium de Luthero</i> 43</p> <p><i>Sigismundi Imp. vaticinium de Luthero</i> 31</p> <p><i>Statuae Heroum in igne conservatae</i> 34</p>
	T.
	<p><i>Tentatio Lutheri</i> 17</p> <p>- <i>ejus fructus</i> 18</p> <p><i>Tezelii (Jo.) descriptio</i> 11</p>
	V.
	<p><i>Vaticinia ante Lutberum praedicta</i> 31</p> <p><i>Wormat. edict. effectum non consequitur</i> 16</p> <p>- <i>ejus executionem Adrianus Papa irrito conatu urget</i> 19</p> <p>- <i>iter a Luthero inuictum animo & verbis heroicis suscipitur</i> 29. sq.</p>
M	
<p><i>Mansfeld. Incendia</i> 35</p> <p>- <i>ibid. Lutheri domus incendio non consumitur</i> 16.</p>	

F I N I S.

Biogr. erud. S. 4236

~~H. R. 491~~

